



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Das rheinische Osterspiel der Berliner Handschrift Ms.
germ. Fol. 1219**

Rueff, Hans

Nendeln/Liechtenstein, 1970

Anhang: drei Mainzer Osterfeiern.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67697](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67697)

apostolice' verfaßte¹⁾. Auch fällt von hier aus ein neues Licht auf die Tendenz des Osterspiels in der Handschrift des Helfrich, vor allem auf die Petruszene V. 1310 ff. (vgl. oben S. 50. 52).

ANHANG.

Drei Mainzer Osterfeiern²⁾.

1. **Dom.** — Ordinarius etc. Ecclesiae Moguntinae von 1547, Hs. (Abschrift) der Stadtbibliothek in Mainz. — Vgl. Würdtwein an dem unter 2. angegebenen O. S. 174.

[f. 80]. Sub secundo re[f. 81]sponsorio duo juniores vicarii velud angeli induti rubeis albis vadunt ad sepulchrum, similiter sacrista ad tradendum tribus Mariis sudarium, quod idem sacrista secum portat ad sepulchrum. Sub decantacione responsorii ultimi *Dum transisset sabbatum* tres prelati aut seniores induti cappis prioribus absque stolis habentes tres lucernas, quas campanator disponit, in manibus et tres libros, quos disponit sacrista, vadunt ad sepulchrum ad ferendum sudarium. Tunc angeli cantabunt: *Quem queritis, ut in libris*. Et hii tres prelati accepto sudario ab angelis revertunt ad chorum. Et cum venerint ad gradus apud summum altare, vertunt facies suas ad chorum. Tunc succentor cum suo astanti incipiet: *Dic nobis Maria, quid vidisti in via?* Respondet primus: *Sepulchrum Cristi viventis et gloriam vidi resurgentis*. Statimque alter: *Angelicos testes sudarium et vestes*. Immediate tercius: *Surrexit Cristus spes mea, precedet suos in Galilea*. Chorus: *Credendum est magis soli Marie veraci*. Tunc priores tres una voce cantent: *Surrexit dominus de sepulchro, qui pro nobis pendit in ligno, alleluia*. Sudario sic posita supra summum altare abeunt Marie. Tunc chorus audita resurrectione prorumpit in vocem altissime cantans: *Te deum laudamus*.

2. **Liebfrauen.** — Steph. Alex. Würdtwein, Commentatio historico-liturgica de Stationibus ecclesiae Moguntinae ex antiquitatibus ecclesiasticis eruta, Mainz 1782, Anmerkung S. 176—181.

Directorium Marianum³⁾ sic [Schilderung der Kreuzer-

1) Vgl. G. Plitt a. a. O. S. 7 ff.

2) Zum ersten Teil von 2. und 3. vgl. Wilh. Meyer, Fragmenta Burana S. 64 Anm., Lange, Osterfeiern S. 40 f., Creizenach I² S. 578 (Berichtigungen und Nachtr.).

3) Für das Directorium Marianum ergibt sich als terminus ante quem das Jahr 1700, in dem das S. 177 erwähnte baptisterium aus der Mitte der Kirche in die Kapelle S. Aegidii verlegt wurde. Würdtwein, Commentatio hist.-lit. de baptisterio Moguntino etc., Mainz o. J., S. 53.

hebung]: (S. 177) ... Postea Decanus deponit sudarium reverenter de cruce et dimittit in sepulchro, et duo seniores astantes Decano recipient crucem extra sepulchrum, quisque cum uno brachio in medio ipsorum portantes, Decanus vero recipiet capsam cum Corpore Christi et sequitur crucem, et precedentibus cereis duobus cum campaniola, sequente ipsos processione revertuntur in priori ordine processionis usque ad januas Chori circumeuntes prius baptismum (baptisterium tunc in medio navis Ecclesiae exstructum erat) et cantantes submissa voce: *Cum Rex glorie* usque ad finem. Tunc janue chori debent esse clause, et finito cantico *cum Rex glorie* Decanus cum duobus tenentibus crucem et stantibus ante januas chori incipient psalmum *Domini est terra*, alii de processione alternatis versibus ipsis respondentibus usque ad illum versum: *Attollite portas principes vestras*, tunc duo tenentes crucem [S. 178] tangunt januas chori ter cum pede crucis dicentes sonora voce: *Tollite portas principes vestras et elevamini porte eternelles et introibit Rex glorie*. Plebanus vero vel alius ab intra in choro existens quasi interrogando grossa voce dicet: *quis est iste Rex glorie*. Duo tenentes crucem respondent iterum sonora voce: *Dominus fortis et potens, Dominus potens in prelio*, et iterum fortius tangentes januas chori cum pede crucis ter ut prius dicentes magis cum sonora voce: *Tollite portas principes vestras et elevamini porte eternelles et introibit Rex glorie*. Plebanus vel alius ab intra iterum ut prius interrogando grossiori voce dicet: *Quis est iste Rex glorie*. Duo tenentes crucem respondent similiter magis sonora voce ut prius: *Dominus fortis et potens Dominus potens in prelio*. Et tunc aperientur janue Chori et ingrediuntur omnes, primo duo portantes cereos, deinde duo portantes crucem, de post Decanus cum Corpore Christi, quem precedit puer portans campaniolam, et post Decanum processio et circumeuntes summum altare duo portantes crucem ponunt eandem crucem ad pedes altaris ..., Decanus vero ponet capsam cum corpore Christi supra summum altare ... [S. 180] ... R. *Dum transisset* etc. „Et valde mane post *Gloria patri* Responsorium repetitur, et cum illa repetitione fit sollemnis processio usque ad sepulchrum in capella sancti Egidii, in qua processione tres seniores ibidem presentes cappis sericis induti omnes alios antecedent precedentibus duabus candelis giratis, et interim duo cavernarii intrant sepulchrum sedentes ibidem absconditi quo usque responsorium fuerit finitum, tunc pueri in sepulchro cantent an[tiphon]am: *Quem queritis in sepulchro o christicole?* tres seniores respondendo cantent: *Jhesum Nazarenum Crucifixum o celicole*. Pueri iterum cantent: *non est hic quem queritis*, et de post surgentes aperiendo sepulchrum et tenentes

sudarium in manibus iterum cantent: *venite et videte locum, quo finito tres seniores recipiunt Sudarium reverenter in manibus et in alto tenentes cantent an[tiphon]am: ad sepulchrum Domini gementes, quo finito recedunt cum processione in ordine sicut venerunt et in recessu cantantur sequentia: Victimae paschali laudes, et circumeuntes baptismum cum processione, in qua tres seniores iterum alios precedent, revertuntur ad chorum, ubi tres seniores stabunt cum sudario in altum extenso ante summum altare et duo cavernarii ante pulpitum in medio chori, et cavernarii primo cantent versum: Dic nobis Maria quid vidisti in via, quibus primus senior cantando respondet: sepulchrum Christi viventis. Post hoc alter senior cantet Angelicos testes, de post tertius senior: surrexit Christus spes mea. Deinde cavernarii cantent alium versum: credendum est magis soli Marie. Choro respondente: Scimus Christum surrexisse a mortuis vere. Post hoc tres seniores tenentes sudarium extensum apud summum altare incipient an[tiphon]am cantando: surrexit Dominus de sepulchro, quibus chorus re-[S. 181]spondet: qui pro nobis pependit in ligno alleluja. Et seniores ponunt sudarium super altare. Tunc Cantor cum suis capellanis in medio chori incipiet solempniter *Te Deum laudamus* etc.*

3. **St. Quintin.** — Severus, Dioecesis Moguntina I, Parochiae intra urbem, S. 67 ff. Kirchenordnung zu St. Quintin von 1585 (Abschr. v. 1771). Hs. der Stadtbibliothek in Mainz.

[S. 78]. 1. Man bettet 2 Psalmen bey dem Grab als *Miserere mei Deus*, ist der 4te Psalm, oder sonst in der Zahl der 1^o, auch den Psalm *Domine probasti me et cognovisti me*, dieser stehet feria 6 in der Vesper uf die freytag. Wen diese Psalmen gelesen seind, macht der Pfarrer rauch über das Creutz, und besprengts mit weihwaßer, darnach nimbt ers heraus und fangen zu den altaristen an zu singen *Cum Rex gloriae* in responsorien-büchern, und gehn zur Thür vnter der Orgel hinaus zum kleinen chortürchen, und wan sie es gesungen haben bis dahin *advenisti desiderabilis*, betten sie den 23. psalm *Domini est terra et plenitudo eius, orbis terrarum et universi qui habitant in eo.*

2. Diesen versum spricht der Pfarrer allein: *Attollite portas Principes vestras et elevamini portae aeternales, et introibit rex gloriae*, darauf der glöckner die Thür inwendig zuhaltend: oder jemand anders, so darzu bestellt ist: *Quis est iste Rex gloriae?* gleich antwort der Pfarrer: *Dominus fortis et potens*, und weiter singt er oder spricht: *Attollite Principes portas vestras et elevamini portae aeternales et introibit rex gloriae*, darzu der inwendig der Kirchen, der die thür zuhalt, frägt als zum zweiten mahl: *Quis est iste rex*

gloriae? antwort der Chorherr: *Dominus virtutum ipse est rex gloriae.* Solches geschieht zum drittenmal, und jedesmal stößt der Pfarherr mit dem fus wider die thür, und das 3te mahl lest sie der hinter der thür steht uffgehen.

3. In der Nacht von Ostern schleußt man den Kirchhoff uf, wans bald 11 Uhr ist, und zu 11 uhr fangt man die Metten ahn ohn alles leuten oder kleppern. Man geht zu grab: 2 buben mit facklen, und 2 jungen mit den kleinen fahnen in den guten Kappen, und Schuler, darnach der Pfarherr in einer roten chorkappen, darnach der glockner mit dem rauchfaß und weywedel, darnach die herren, und wer lust hatt. darnach geht man zur thür wie initio gemelt.

Wan man hinein komt, leut man mit allen glocken zusammen, und fangt die Metten an zu singen, welche nur ein nocturnum hatt, und so die 3 psalmen *Beatus vir* [S. 79] *quare fremuerunt gentes* und ihr 3 antiphonen gesungen, folgt der versicul *Quem quaeris mulier?* Im letzten responsorio des nocturni als: *dum transisset Sabathum ante laudes et Te Deum laudamus* gehen 3 herren zum grab hinauß, und holen das Schweistuch darin, darin zwen jungen singen sollen, wen das responsorium vorgemelt aus:

Quem quaeritis in Sepulchro o christicolae? — *Jesum nazarenum o coelicolae.* uf dieses die zwen jungen im Grab widerum singen: *Non est hic, surrexit sicut praedixerat, ite nunciate, quia surrexit de sepulchro,* Chorus: *qui pro nobis pependit in ligno alleluja.* Hierauff singt man: *Christus ist erstanden:* Si placet, wen solches geschehen gehen die 3 herren wider ins chor, von dem hohen altar unten, wenden sich zum Volck, und singen: *Victimae paschali,* welches sie anfangen, wan sie vom Grab gehen, singens bis auf: *Dic nobis Maria, quid vidisti in via?* welches der glöckner vom pult stehend allein singt, darauf die Mittelst Maria oder Herr vorm altar antwortet *Sepulchrum Cristi viventis et gloriam vidi resurgentis,* die zweit *angelicos testes sudarium et vestes,* die dritt: *Surrexit Cristus spes mea praecedet vos in Galileam* bis dahin: *credendum est magis,* welches der chor singt. wan solches geendet, singt man das *Te Deum,* darzu man mit allen glocken leut, fangt darnach an die laudes.